



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Opinio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

ta profunt. de quo in hoc Comp. tit. actus humanus.

OPERA misericordix. vide Eleemosyna.

---

O P I N I O.

**Q**uando confessarius & pœnitens habent contrariam opinionem; si confessarius credat se inniti evidenti textu vel ratione: pœnitentem verò dubia, non debet eum absoluerè: secus, si pœnitens innititur æquali rationi vel ferè æquali. cap. 26. nu. 4.

Sequenda est opinio communis, vel pluribus rationibus innitens: quibus cessantibus eligenda est benignior, illa scilicet, quæ fauet iuramento, matrimonio, doti, testamento, libertati, pupillo, viduæ, peregrino, rebus piis, & religiosis, alicui personæ miserabili, vel priuatæ contra fiscum, cum fiscus in delicto personæ priuatæ fundatur, vel fauet valori actus, vel reo. cap. 27. nu. 283.

Opinio communis non facit ius. Imò postponenda est opinioni alicuius meliori ratione innitentis, additum in Nou. cap. 1. num. 8. post medium. Stylus verò curiæ Romanæ facit ius. c. n.

Non tenemur semper tutiorem partem eligere, sufficit eligere tutam, in his etiam,



quæ ad fidem & mores pertinent. cap. 27.  
nu. 275.

In foro conscientiaë sufficit ad non peccandum, sequi opinionem eius, quem merito censemus scientia idoneum. num. 285.

Pluris aestimanda est opinio paucorum rationem perpendentium, quam multorum non perpendentium. nu. 285.

Qui opinatur, iudicat, secus de eo qui dubitat. nu. 275. vide etiam tit. Scrupulus.

ORATIO. Quando feruorosa oratio est necessaria, propter imminentem necessitatem, tunc necessaria est etiam contritio, c. r. nu. 31.

Oratio est sub præcepto, quando nullum aliud videtur remedium sue salutis, vel proximi. c. 13. nu. 18.

Sancti orandi sunt & inuocandi à nobis, & contrarium dicere est hereticum. cap. 11. num. 23. Instituens publicas orationes, non peccat. cap. 24. num. 31.

## O R D O I.

*Pro ut est Sacramentum secundum se.*

Ordo generaliter sumptus est parium  
dispariumque rerum sua cuique loca tribuens